

V C  
2611





A.2

N





h. 2, 84.

Vc  
2611

O S I A  
 SERENISSIMÆ-PRINCIPI  
**MAGDALENÆ-SIBYLLÆ**  
 BRANDENBURGICÆ,  
 SAXONIÆ  
 ELECTORISSÆ-VIDUÆ,

1773  
 Lycéo Freibergensi  
 solvenda  
 indicit

M. NICOLAUS GREFIUS, FREIBERG:  
 RECTOR.

FREIBERGÆ  
 Typis GEORGII BEUTHERI.







I. N. J.

LECTORIBUS BENIVOLIS

S. P. D.

Varro Lib. V. de L. Lat.  
Lilius Gyrald. de ann.  
mens.

Exequiarum d. 4. Febr.  
1612 136 LVII.

Intimatio Exequiar.  
Elect. Acad. Lipsiensis.

Emortualis d. XII. Febr.  
1612 136 LIX.

Vid. D. Geierus de Luctu  
Ebraeor. c. VI. S. 19. p.  
153.

Sardus de Ritibus Ger-  
tium L. I. c. 26. p. 78.  
Kirchmannus de Fune-  
ribus Rom. L. II. c. 19.  
p. 251.

Magnif. D. VVelleri  
Concio Fun. jamjam  
publicanda.

Buchnerus in Program.  
VVitteb. Domin. Quasi-  
modogeniti currentis  
Anni.

Vid. Ejusdem Buchneri  
Programma Magni  
Sennerti Panegyrico  
præfixum.

Plato Lib. IV. & XI. de  
Legibus.



lennium ipsò mense, quem antiquitùs à februis seu pur-  
gamentis appellârunt, præterlapsum est, cum solenniſſimæ  
Exeqviæ instituerentur Patriæ Patri pientissimo, Divo JO-  
HANNI GEORGIO Imo, Saxonie quondam, Julie, Clivia  
ac Montium Duci, Sacri Romani Imperii Archimarschallo &  
Electori, Landgravio Thuringie, Marchioni Misnie & Utriusq; Lusatie,  
Burggravio Magdeburgensi, Comiti de Marca & Ravensberg, Domino in  
Ravenstein, Domino (heu quondam!) nostro clementissimo, quem oracu-  
lum & dextram manum Imperii, Religionis orthodoxæ Hyperaspisten, Con-  
stantinum & Theodosium alterum, portum hætenus miserorum, asy-  
lum propter Religionem afflictorum, augustissimiq; Collegii Electorum  
Seniorem & Nestorem Germanicæ Nationis jure suo Fama proclamavit.  
Eundem Mensem iterum nobis atrum perinde ac luctuosum reddidit  
beatissimus obitus & abitus Serenissimæ Principis ac Dominæ, Domi-  
næ MAGDALENÆ SIBTLLE BRANDENBURGICÆ, quam Lauda-  
tissimus Elector solitariam ac Viduam, digressus terris cæloq; illatus  
reliquerat. Quia verò neque præter rem, neque à pietate clarorum  
virorum alienum fuit, ad morem Veterum Christianorum D. Electori  
Saxonie, cum Ejusdem exuvia illustres Mausoléo Electorio, quod hic  
FREIBERGÆ cernitur, tum temporis fuere illatæ, parentalia sacra fa-  
cere. Non minore honore & hæc vice digna videbitur Marita Illu-  
strissimi Herois, Princeps optima, splendidissimis natalibus edita col-  
locataq; felicissimo matrimonio, siquidem LXXXV. serenissimorum  
Principum & nobilioris & seqvioris sexûs, Mater, Avia Proaviaq; ve-  
neranda extitit. Tantam omninò laudem promerita est exoptatissi-  
ma Patriæ Mater, quia ardentissimas non solum Orationes pro subdi-  
tis DEO obtulit quotidiè, sed & Eidem necessitates communes com-  
mendavit, iratumq; Ipsius Numen sæpissimè tranqvillavit, atq; in  
pacem ac veniam lenivit. Quis itaq; tantæ Principi supremos Ho-  
nores denegare vellet? Impietatis esset, nolle venerari memoriam  
demortuæ Principis, cui videnti ac vivæ tot obligati beneficiis tene-  
bamur! Divinus Plato Parentes nostros non vivos modò colendos ob-  
seqviis omnibus præcipit, sed functos etiam quovis honoris genere  
cumulandos. His pompas, exequias, justa; quin anniversaria Solennia  
etiam, non sine prolixâ commemoratione laudum, instituenda. Ve-  
rùm nobis Parentes alios gignendi lex, alios beneficiorum humanitas facit.  
Quam exhibere largiter, plus sæpe propemodum est, quàm genuisse.  
Cum ergò augustissimæ recordationis Princeps, MAGDALENA SIBTL-  
LA, indigentium subditorum necessitatibus ubivis adfuerit, utilita-  
tibus



tibus ac rebus Patriæ consuluerit, omnes bonos consilio aut ope juve-  
rit, meritò pro *Parente Patriæ* colenda nobis erit, etiam post mortem.

Et si *Ægyptii*, homines Cimmeriis superstitionum gentilium tenebris  
penitus obruti, non tantum Regibus in diem LXXII. parenta-  
runt, sed quoque annuatim laudum præconia renovarunt! Si *Persarum*  
*natio* Imperantibus suis demortuis non Mausolea tantum magnifica,  
sed & anniversaria Parentalia adornarunt! Si à *Romanis* rerum Do-  
minis mortuo C. JUL. Cæsari, cujus Fama micat inter omnes, velut inter  
*ignes Luna minores*, aurata ædes ad simulacrum Templi Veneris Geni-  
tricis collocata est, Eiqve in foro statua erecta cum inscriptione: PA-  
RENTI PATRIÆ! Multò magis *Pietatis nostræ erit, laudationibus fu-*  
*nebris extollere Principem, cujus laudes nullus dies, ætas nulla finiet.*  
Hoc præprimis officium debemus demortuæ Principis natu maximo  
Filio, *Potentissimo JOHANNI GEORGIO II. Paterni fastigii Heredi*  
*optimo, Domino nostro clementissimo*, qui ut perennans Pietatis monu-  
mentum venerandæ Matri erigeret, monetam exequialem hâc insigni-  
tam Inscriptione cudendam curavit:

*Dn. D. Geierus. l. c.*

*Cap. II. §. 8. p. 22.*

*Olearii Itiner. Persicum*

*passim. Adde Geierum*

*l. c. c. XII. §. 8. p. 270.*

*Alex. Sardus de Ritibus*

*Gentium L. I. c. 24.*

*Horat. Od. XII. L. I.*

*Sveton. L. I. c. LXXXIV.*

*seq.*

*De origine laudationum*

*Funebr. Kirchmannus*

*l. c. c. XVIII. p. 243.*

*Moneta Exequialis In-*  
*scriptio.*

JOH. GEORG. II. D. G. DUX. SAX. J. C. & MONT. S. R. IMP.  
ARCHIM. ET. ELECT. IN. AMOREM. ET. HONOREM. SERE-  
NISS. MATRIS. DEFUNCTÆ. D. D. MAGDALENÆ. SIBYLLÆ.  
DUC. SAX. J. C. ET. M. ELECT. E. DOMO. MARCH. BRAN-  
DEB. ET. DUC. BORUSS. P. M. NATÆ. M. D. LXXXVI. XXXI. DEC.  
HOR. I. MAT. MINUS.  $\frac{1}{4}$ . REGIOM. BORUSS. DENAT. M. DC. LIX.  
XII. FEB. HOR. XI.  $\frac{1}{2}$ . NOC. DRESDE. ET. A. LXXII. M. I. D. XII. RE-  
CONDITÆ. XII. APR. ANNI. CUR. FREIBERGÆ. SYMBOLUM.  
Wie. G D T. Will. Mir. Geschehe.

Quâ in parte Pietatis Facem Ipsi prætulit Divus JOHANNES GE-  
ORGIUS I. Parens felicissimæ recordationis, qui superstiti Matri  
SOPHIÆ BRANDENBURGICÆ ANNO JUBILÆO post CHR.  
natum c. 1707 numisma aureum argenteumque dicavit, in quo  
visitur Romani Imperii etiam altera vice Vicarius, (post obitum Ru-  
dolphi & Matthiæ Imp.) adgeniculans altero poplite, Matrem folio  
collocatam his verbis affari:

*Dn. D. Hülfemann's Idæa*

*Boni Principis A. 4.*

*M. Frenzelii Phoenix re-*  
*nascens.*

UT. SALOMON. SIC. EGO. MATREM. In altera parte:  
MATERNIS. PRECIBUS. NIHIL. FORTIUS.

*Inscriptio Monetae*

*c. 1707 XVII.*

Atque tantæ Pietatis tantorum Principum vestigia legere pres-  
sius, ceu bonos subditos decet, sibi proposuerunt *Bigæ Theologorum*  
*Electoratûs Saxonici celeberrimorum Filii ad summa nati*, qui ut *pietis-*  
*sime Principi* justa, pro modulo Ingenii cujusque, subjectissimo animò  
solverent, *æternis laudum titulis mactandam Patriæ Matrem Auditorio*  
nostro a. d. XIV. Cal. Junii Hor. matut. IIX. sistent *sub Imagine sanctissima*  
*Trigæ Matronarum Veteris - Novi Testamenti*, Mariæ-Virginis, Judicis-  
Deboræ, Judithæ-Viduæ.

Quò verò Exercitia hæc eò feliciter expediantur excitenturque  
dicentium Juvenum mentes benivolò Auditore, Vos, *Viri Plurimum*  
*& Reverendi, Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi, Consultissimi, Ex-*  
*perientissimi, Clarissimi, Doctissimi Humanissimiq; Domini Mæcenates,*  
*Patroni,*



*Handwritten:* No 2011 PK

*Patroni, Fautores, Amici,* observanter, officiosè ac amicè invitamus, rogamusqve majorem in modum, ut si tantum **V O B I S**, per occupationum publicarum atqve privatarum multitudinem, concessum fuerit ocii, *Diei Jovis Horâ statâ*, Deo volente, actum hunc celebriorem, celebri & honorificâ vestrà præsentia reddituri, frequenter atqve benivolè conveniatis. Qvò pro beneficio **V O B I S** omnibus ac singulis Observantiæ debitæ & Amoris reciproci paratissima studia, lubentes meritoqve pollicemur. *P. P. FREIBERGÆ Hermundurorum Dom.*  
**EXAUDI ANNI SALUTIS nostræ clō Iōc LIX.**

**Elenchus  
Personarum & Rerum,**

**I.**  
**Auspicatò**  
*Aures benevolas  
eblandietur*

**CHRISTIANUS Ludwig Starck**  
Lüneburgâ-Saxo.

**II.**  
*Beatissimam,*  
**ELECTORISSAM**

**I.**  
**VIRGINEM**  
*sistet  
sub*

*Imagine*  
**VIRGINIS - MARIE**  
**GEORGIUS PAULUS Weller/**  
Brunsvigâ-Saxo.

**2.**  
**MARITAM - JUDICEM**  
*sub  
Icōne*

**JUDICIS - DEBORÆ**  
**JOHANNES JACOBUS Weller/**  
Brunsvigâ-Saxo.

**3.**  
**VIDUAM**  
*sub  
emblemate*

**VIDUÆ - JUDITHÆ**  
**CHRISTOPHORUS Heinrich Starck/**  
Lüneburgâ-Saxo.

**III.**  
**Bona - Fini**  
*debitas solvet gratias*

**SEBASTIANUS Gottfried Starck/**  
Lüneburgâ-Saxo.

**SOLI DEO GLORIA!**

*Handwritten:* 22



amus,  
patio-  
fuerit  
orem,  
ve be-  
ngulis  
oentes  
*Dom.*

ULB Halle 3  
004 777 972  












Varro Lib.V. de L. Lat.  
Lilius Gyrald. de ann.  
mens.

Exequiarum d.4. Febr.  
c12 loc LVII.

Intimatio Exequiar.  
Electori, Acad, Lipsiensis.

Emortualis d. XII. Febr.  
c12 loc LIX.

Vid, D. Geierus de Luctu  
Ebraeor. c. VI. §. 19. p.  
153.

Sardus de Ritibus Gen-  
tium L.1. c. 26. p. 78.

Kirchmannus de Fune-  
ribus Rom. L. II. c. 19.  
p. 251.

Magnif. D. VVelleri  
Concio Fun. jamjam  
publicanda.


Buchnerus in Program.  
VVitteb. Domin Quasi-  
modogeniti currentis  
Anni.

Vid. Ejusdem Buchneri  
Programma Magni  
Sennerti Panegyrico  
præfixum.

Plato Lib. IV. & XI. de  
Legibus.

**B**

Electori, Land-  
Burggravio M.  
Ravenstein, De-  
lum & dextran-  
stantinum &  
lum propter R-  
Seniorem & N-  
Eundem Men-  
beatissimus ob-  
næ MAGDAL-  
tissimus Electo-  
reliquerat. C-  
virorum alien-  
Saxonix, cum  
FREIBERGÆ  
cere. Non  
striffimi Heroi  
locataqve felic  
Principum &  
neranda exiti  
ma Patriæ Mat-  
tis DEO obtul-  
mendavit, irat  
pacem ac veni-  
nores denegar  
demortuæ Pri-  
bamur! Divin  
sequiis omnibu  
cumulandos.  
etiam, non sine  
rùm nobis Pare-



OLIS

nus à februis seu pur-  
est, cum solennissimæ  
pientissimo, Divo Jo-  
ondam, Julia, Clivia  
ii Archimarschallo &  
& Ultriusq, Lusatia,  
arvensberg, Dommo in  
tissimo, qvem oracu-  
& Hyperassisten, Con-  
nus miserorum, asy-  
iq, Collegii Electorum  
ò Fama proclamavit.  
luctuosum reddidit  
ac Dominæ, Domi-  
GICÆ, quam Lauda-  
erris celoqve illatus  
à pietate clarorum  
ianorum D. Electori  
Electorio, quod hic  
e, parentalia sacra fa-  
debitur Marita Illu-  
natalibus edita col-  
XV. serenissimorum  
Avia Proaviaqve ve-  
erita est exoptatissi-  
rationes pro subdi-  
es communes com-  
nqvillavit, atqve in-  
ncipi supremos Ho-  
enerari memoriam  
gati beneficiis tene-  
modò colendos ob-  
vis honoris genere  
niversaria Solennia  
, instituenda. Ve-  
um humanitas facit.

Quam exhibere largiter, plus sæpe propemodum est, quam genuisse.  
Cum ergò augustissima recordationis Princeps, MAGDALENA SIBTL-  
LA, indigentium subditorum necessitatibus ubivis adfuerit, utilita-  
tibus

